



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Anno M.D.LXXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Mosij de opere  
Mariano iudi-  
cione.*

non autoris nomine. Quorum cum accepisset vnum Cardinalis Varmiensis, inter cetera de eo sic scripsit. Nec obliuiscetur operis huius tā sancti. Eti Virgo sanctissima, quam sic ornare scriptis tuis es conatus, ut vix quisquam sit, à quo magis fuerit illustrata. Mihi quidem tam exactè scripta videtur omnia, ut quid in hoc opere desiderari possit non videam. Vix expeditum Calchographia operoso negotio Prouincialis Hoffæus ad lustrādam secum prouinciam circumduxit consiliorū socium, & adiutorem: in eoq; discursu, ac munerē reliquum anni præsentis, & proximum pene totum absumpsit.

1578. Prouincialis non eo solum, ut consilio eius,  
 1579. & opera iuuaretur, socium sibi illum assumpserat, sed etiam, ut penitus à grauiorum scriptiorū cogitatione auerteret, potissimum quidē, quod nimium fatigari, haud sine graui periculo, ætate iam ingrauescente, Patrem opinabatur in eiusmodi studiis; sed partim etiam quod in abundancia magna rerum agendarum, & inopia corū qui agerent, ad manum habere expeditum, ac promptum cupiebat subsidium: cum ille ynus instar multorum esset, quem ad omnes, maximeque ad subita.